



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XIV. Tertius, Jus tertii, extraneus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

gumentum à finibus territorii admodum infirmum sit, & non valeat, ubi dari potest instantia: non enim omnia, quæ sunt in territorio, ejusdem juris sunt & rationis, Roland. à Valle *consil.* 46. n. 55. & 62. vol. 3. Non etiam in exemptis, quippe quæ quidem in territorio, sed non ideo de territorio esse dicuntur. Meichsner *rom.* 2. lib. 1. *decis.* 8. pag. 107. n. 42. Victor *d. concl.* 27. pag. 1203. *vers. in quo argumento.* Quod itaque dicitur iudicem ordinarium extra territorium habere jurisdictionem, illud procedit habitu, quamvis non actu, Jaf. *in l. fin.* n. 14. *limitat.* 8. n. 23. *de jurisdictione.* ubi ait, quod in notoriis iudex extra territorium citet, etiamsi non requiratur causæ cognitio. Rectè etiam bannum in absentia fieri extra territorium, quando ferretur pro causa damnata habente ortum intra territorium, secus si pro causa orta & originata extra territorium, ait Felin. *in cap. fin.* n. 24. *in 2. limit. de for. compet.*

III.

Extra territorium & intra territorium esse, sed exemptum, sunt paria, Jaf. *in l. fin.* n. 5. *ff. de jurisdictione.* Matth. Steph. *de jurisdictione.* 1. cap. 33. n. 15. Vant. *tit. de def. ord.* n. 108. Knichen. *de jur. territor.* cap. 4. n. 58. Schrader. *de feud.* 2. p. 9. §. 3. n. 157. Wesemb. *part. 1. consil.* 30. n. 17. *per cap. cum Episcopus 7. de offic. ordin.* in 6. Joh. Andr. & Geminian. *in c. 2. de constitut.* in 6. Angel. *consil.* 233. Calcan. *consil.* 13. Cabedo *decis.* 10. n. 3. p. 2. Extra territorium enim nec jurisdictione, nec subiectio permittitur, *l. fin. ff. de jurisdictione.* l. 1. Cod. *qui daretur vel curator.* l. 4. C. *si à non competent. judic.* l. 53. C. *de decur.* Vant. *in tit. de defest. jurisdictione.* ordin. n. 100. & 107. Ant. *de Amatis decis.* 50. n. 1.

IV.

Extra territorium suum quilibet censetur instar subditi, Alder. Mascard. *de statut. interpret. concl.* 6. n. 6. alteriusve privati quoad jurisdictionem, l. 3. *ff. de offic. praesid.* Acac. Enenckel. 3. *de privil.* cap. 19. num. 8. Knichen. *de jure territorii.* cap. 4. n. 3. Gail. *lib. 1. de P. P. cap. 16. n. 28.* Victor *in disp. de caus. exempt. Imper. concl.* 30.

V.

Territoria diversa sæpè diversam naturam faciunt bonorum in iis sitorum, Bald. *in cap. unic. in fin. n. 3. de contr. inter masc. & femin.* Cyn. *in l. 1. C. de Summ. Trinit.* Paul. *de Castro consil.* 146. *in fin.* Philipp. Matth. 2. *Consil. Marpurgens.* 26. num. 143.

CAP. XIII.

Terror.

Axioma I.

Terror per se est injuria, l. 15. §. 1. *ff. de injur.* Bart. Angel. Aretin. *in tract. de malefic. verb. admonuit.* adeo ut iustitiam inculpatam sæpè defensionem generet, cum primum ictum expectare, nemo teneatur, quia de causa si terroris armis vel gladio venientem percusserit, à poenâ immunis dicitur, l. si quis 3. cum l. seq. C. ad L. Cor-

nel. *de sicar.* Bart. *ad l. si ex plagis. §. Tabernarius.* ff. *ad L. Aquil.* Bald. *ad l. ut vim.* ff. *de iur. iur.* & *ad lib. 1. C. unde vi.* & *in l. 1. §. cum arietes.* ff. *quadr. pauper. fecisse dicatur.* Pa-norm. *in c. olim.* col. 8. *extr. de restit. spoliar.* Laur. Kirehov. *d. consil.* 27. n. 7. & *consil.* 13. *per tot. vol. 2.* Anton. Gomez *cap. 3. n. 20. var. resol. tom. 3.* Tiber. Decian. *resp.* 67. n. 13. vol. 3. Eoque ipso dicitur quis deangustatus, quod sibi terror armorum vel plagarum sit illatus *per l. 3. §. qui armati 5. ff. de vi armat. l. sed etsi 5. ff. ad Leg. Aquil. ubi gloss. & Bart. cum ignoretur quousque offensus sit progressurus, Bald. in l. 1. C. unde vi. n. 10.*

II.

Terror armorum inducit discrimen vitæ, gloss. *in l. 1. C. unde vi.* & l. 2. C. de Sicar. & 23. q. 3. *in summa.* ibidemque Archidiacon. Wesemb. *consil.* 10. n. 48.

CAP. XIV.

Tertius, Jus tertii, extraneus.

Axioma I.

Jus tertii ad excipiendum nihil prodest, l. loci corpus 4. §. competit 7. *ff. servit. vindic.* A. Thesaurus *decis.* 4. n. 1. siquidem jus tertii non potest ab alio opponi, si ipse tertius nunquam eâ de fuerit conquestus, Bart. *in l. 2. de except. rei jud.* Roland. à Valle 2. *consil.* 57. n. 10. Pacian. 1. *de probat. cap. 7. n. 58. & seqq. imprimis à n. 71. & seqq.*

II.

Tertius non impeditur jure suo uti ex eo, quod alii litigant, arg. l. cuiusque, §. 1. *ff. de usufruct.* Oldrad. *consil.* 299. *in princ. vers. & est dicendum.* Vult. 3. *Consil. Marpurg.* 22. n. 44. iniquissimum enim esset alteri per alterum iniquam conditionem inferri, l. non debet 74. de R. I. ideoque jus tertii semper in omni actu censetur esse reservatum, c. si postquam. 13. de prebend. in 6. c. quamvis 18. de rescript. in 6. l. impuberi 40. *ff. de administrat. tut.* l. 2. §. merito 10. & §. si quis à Principe 16. *ff. ne quid in loco publ.* unde etiam nec vitium litigiosi afficere dicitur, Nicol. Milis *in respert. suo. in lite verb. pendente quoad litigantem.* Rota Roman. *decis.* 3. n. 2. *in fin. in novis & ibid. additionator. sub tit. ut lit. pendente.* Lancellot. *de attentat. p. 1. cap. 3. à numero 90. usq. ad num. 113.* & perempta instantia vitium litigiosi durat quoad ipsos litigatores, non etiam quoad tertium, cum in tertium, vel à tertio alienatio facta subsistat, Bart. *in l. 2. & ibi Alex. Jaf. Curt. C. de edend.* Curt. senior *consil.* 72. num. 9. Paris. *consil.* 104. n. 115. Hieron. Gabr. *concl.* 52. num. 8. quia de causa neque etiam executio rei iudicata aliquid prejudicat, sed potius eam impedire potest, l. cum queritur 12. *ff. de except. rei jud.* Dd. *in l. 2. D. Pio. §. si super rebus.* ff. *de re judic. & c. cum super 17. eod. Didac. Covar. praes. quest.* 16. num. 3. *vers.*

tertio solet tradi. Menoch. *consil.* 319. n. 1. vol. 4. Cephal. *consil.* 693. n. 12. vol. 5. Boër. *decis.* 79. n. 1. Gail. 1. *obs. pract.* 49. n. 5. & *obs.* 15. n. 12. Wesemb. 2. *consil.* 100. n. 12. ob rationem quod omnis sententia sine præjudicio tertii fieri debeat. d. c. cum super 17. extr. de sentent. & re judic. nec ea inter alios acta aliis noceat. l. penult. de re jud. t. t. C. res inter alios act. nisi (1.) quando tertius rem litigiosam acquisivisset. Joseph. Ludov. *decis.* 26. n. 9. vel (2.) si scientiam litis motæ habuisset. Boër. *decis.* 79. n. 3. de quibus, ut & aliis, videatur Umm. in processu. judic. disput. 23. thes. 35. n. 36.

III.

Sæpè quod quis ex sua persona non habet, hoc per extraneum petere potest, l. Aristo. 3. in fine, quæ res pignori vel hypothecæ dat. obligat. non poss. ubi gloss. plurima exempla recenset, add. & Cujac. ibid. l. cum hereditas 15. de acquirend. hered. l. mulieri & Titio 74. de condit. & demonstrat. l. si communem 16. quemadmodum. serv. amitt. l. si mandaverit 22. §. si hi 3. mandat. ubi dicitur, licet nemo rem suam per se emere possit, id tamen posse per interpositam personam, idque tota die fieri, ait Cujac. ad d. l. 3. in Paulo.

CAP. XV.

Testamentum, Testatorem, Testamenti factio.

Axioma I.

Testamentum omne validum ac solenne præsumitur, gloss. in l. 1. C. de fideicommiss. & in l. si post divisionem, ibidemque Bart. C. de jur. & fact. ignor. Alex. in rubr. ff. de nov. oper. nunciat. n. 25. maxime ubi extrinsecus non est vitium, vel aliqua in parte corruptum, l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll. Ripa in l. si quis ita. n. 18. de V. O. Dec. in l. ex his. n. 6. de testam. milit. & *consil.* 324. n. 2. Vult. 1. *Consil.* Marpurg. 29. n. 25.

II.

Testamentorum favor tantus est, ut in dubio pro validitate eorum sit judicandum. l. si pars 10. ff. de inoffic. testam. l. in ambiguis 85. de Reg. Jur. l. sunt persone 43. de religio. Dd. in l. in testamentis, de Reg. Jur. Regn. Sixt. 1. *Consil.* Marp. 11. n. 6. Optima enim illa est ratio, quæ pro conservanda ultima voluntate, & tuendo testamentum assumitur, l. nulli 28. Cod. de Episc. & Cleric. Matth. Wesemb. 2. *consil.* 85. n. 47. cum nihil magis quam illud humanitati conveniat, l. 1. Cod. de SS. Eccles. & publicè interfit, juxta Signorol. *consil.* 210. ut testamenta conserventur, l. vel negare 5. ff. testam. quemadmodum. aper. Tiber. Decian. *respons.* 70. n. 1. vol. 3. etiam quoad filiorum exclusionem Jacob. Menoch. 4. de præsumpt. 10. n. 11. Tiber. Decian. *respons.* 35. n. 1. vol. 1. Bald. in d. l. 1. C. de SS. Eccles. l. 2. in fin. ff. si quis à parent. manumiss. Dec. *consil.* 11. in princ. & *consil.* 426. num. 2. *consil.* 635. n. 11. nec recipienda perniciosa illa subtilitas, per quam testamenta contra utilitatem publicam subvertentur, Signorol.

consil. 159. per l. fin. C. de instit. & substit. l. quidam 5. Cod. de necessar. hered. instit. l. cum qu. 13. C. de legat. Zaf. *consil.* 12. n. 33. vol. 1. quippe quod improbus esse putetur, qui quamlibet voluntatem rescindere nititur, d. l. nulli 28. C. de Episc. & Cleric. Quamodrem cum in dubio verisimilius esse debeat, testatorem actum validum potius, quam frustratorium facere voluisse, l. si quando 109. ff. de legat. 1. l. quoties 12. ff. de rebus dub. l. in testamentis 12. ubi gloss. Bart. Decian. ff. de Regul. Jur. idem Dec. ad cap. quoniam extr. de offic. delegat. Zaf. *consil.* 18. num. 39. vol. 2. Felin. in cap. cautio. num. 39. extr. de fid. instrument. Jason ad l. cum quidam. num. 9. ff. de liber. & posthum. Christophorus Herdesian. *consil.* 38. n. 173. vol. 1. *Consil.* var. 3. Cor. utique etiam interpretandus erit, ut non contra, sed pro testamento, non solum quid præsumamus, sed etiam judicemus, d. l. in testamentis. d. l. quoties 12. Wesemb. vol. 2. *consil.* 85. n. 47. & *consil.* 88. num. 12. Tiber. Decian. d. *respons.* 35. n. 1. vol. 1. Jac. Menoch. *consil.* 544. num. 4. & lib. 4. de præsumpt. p. 1. præf. 10. num. 11. Zaf. vol. 1. *consil.* 12. num. 33. idque tum (1.) quod causa testati sit favorabilior causa intestati, Gloss. Decius & Dd. in l. quemadmodum, de Reg. Jur. & in l. quamdiu de acquir. hered. & interfit hominis testatoris, ejusdemque honos sit, ut potius cum testamento, quam sine testamento decedat, §. 1. Instituit. qui manumitt. non poss. l. & quia 6. de interrogat. act. tum (2.) quia homini mortuo nihil magis debeatur, quam ut voluntas ejus conservetur, l. 1. C. de SS. Eccles. è diverso autem pœna testatoris sit, testamenta invalidari, l. ult. C. de posthum. hered. instit. l. 32. C. de inoffic. testam. Ruin. in l. Galus. §. & quid si tantum. n. 92. de liber. & posthum. Pantischn. 2. q. pract. 21. n. 43. Corn. vol. 4. *consil.* 53. n. 3.

Limita: hæc quidem procedere in dubio, non quando de nullitate testamenti manifestò constat. Quod enim ipso jure nullum est, nemo potest in alterius præjudicium convalidare, Menoch. 4. de præsumpt. 10. n. 18. Mantie. 2. de conject. ult. volunt. tit. 9. n. 1. Befold. 1. *consil.* 204. n. 29. & 30.

III.

Testamenta perfectionem primum sumunt, à die mortis testatoris, leg. omnium 19. C. de testam. Menoch. 329. n. 5. Camill. Borell. *consil.* 36. n. 18. per l. 4. ff. de adim. legat. l. 1. ff. de testam. l. 1. ubi Dd. C. de SS. Eccles. Carpov. Part. 1. *Consil.* 28. Desinit. §. n. 3. quia absurdum, quod superstitis hereditas adiri possit, l. qui superstitis 94. ff. de acquirend. hered. neque etiam ea ad heredem transmittatur, cum delata viventis hereditas dici nequeat, nec transmittatur, nisi sit delata, Tib. Decian. *respons.* 7. num. 11. vol. 1. *respons.* 46. n. 148. vol. 2. post Bald. in l. DEO nobis. C. de Episc. & Cler. per l. ventre 84. de acquir. hered. l. 1. vers. si tamen hereditatem non recusant. C. de his, qui ante apert. tab. testam. Joh. Goedd. 1. *Consil.* Marpurg. 25. n. 35.

IV.

Testandi facultas nemini est auferenda, l. 15. ult.